

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema CXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

et gloria, quibus omnis huius vita miseria erit lenienda  
Rom. 8. v. 18.

2. Qui afflita sunt valetudine, & qui omne genus cibi & potus fastidiunt, sive ex senio sive alius accidentibus, non inuidant ceteris rectius valentibus iuuenibus & robustis. Quia si contingat aliquem ex ipsis mori, certe maiori eum amaritudine morietur, qui valebat & vigebat hactenus, quam is, qui iam sensit morbos, tanquam mortis antequambulones.

3. Vicissim vero iuuenes, vegeti, &c. Venturæ memores iam nunc estote senectæ. Matute fiant senes, qui diu volunt viuere senes Temperantia in cibo & potu erit necessaria: alioquin mox revertetur gaudium in luctum. Senibus non illudant, sed honorem habeant, Leuit. 19. v. 31. Sic valentes ægri compatiantur, 1. Pet. 3. v. 8.

### F I N I S. THEMA CXXV.

Syr. 41.

*O mors quam iucunda est recordatio, &c.*

Dispositionem huius Thematis vide supra in I. parte  
Promptuarii, Class II, in fine, pag. 214.

Si quis vero velit ex Dispositione proxime precedentie prolixiori, usum vinciusque loci peculiariter semper (sub Numero 3) annotatum, his partibus huius Thematis accommodare, fieri poterit illud haud incommodo: ut quatuor posteriora hominum genera, quibus iucunda mortis recordatio, respondant quatuor prioribus quibus mortis recordatio amara.

*Vt hac sit Antithesis.*

Amara mors

Iucunda mors.

- |                              |                                  |
|------------------------------|----------------------------------|
| 1. Diuiti.                   | 1. Pauperi.                      |
| 2. Quero.                    | 2. Sollicito.                    |
| 3. Prospero in omnibus.      | 3. Cui nulla spes prosperitatis. |
| 4. Senio, iuueni, vegeto &c. | 4. Seni, ægro &c.                |
- Cæteris lectori prudenti facilima ex praecedentibus.

THE.